

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

58. Vanitas Sinarum contemptum honoris simulantium quem insanè appetunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

Iosophatus est de inanitate rerum caducatum , nec esse in iis felicitatem reponendam quibus denique tempus finem imponeret , cuius vanitatis seipse tunc in exemplum dabat : porro Imperium regnorum quindecim cuius illum hæredem relinquebat , quanto maius , tanto grauiori pondere ferentem premere , at dubitare se plusne inde honoris & commodi quæm molestiarum hauiisset . Tum versus contra se anteactæ vi-
te damnauit pessinam rationem , & infelicitas gubernationis exosam populis prauitatem , quæm se tunc frustre dolebat agnoscete , cum pos-
set tantum dolere præterita , emendare per tempus non licet : conso-
lati se tamen quod cum relinqueret Regni sui hæredem non exemplis
nec aliud , inquit , æquè abs te curati percipio , quæm vi via infelix
viuendi , ac regendi , viæ quam tenui proflus opposita , quod vel Sinis
planè animo excidat tam improbi Patris Imperium ; vel tam præclaro
filio successore mihi gratulentur ; paulo post , suprema effatus ver-
ba efflauit animam . Pridem enim ritibus sepulturæ quos seruati vel-
let , rebusque aliis , testamento prouidè cauerat . Princeps fuit Im-
perio dignus nisi regnum suum avaricia inexplora , otij feeditate ,
& segnitie infamasset , quanquam hæc utcumque virili prudenter duæ
feminae supplebant , inerparantque subinde , ista virum amoris
fiducia ; hæc filium auctoritate matris . Testamenti eius pars maxi-
ma longam continebat tyrannidis suæ accusationem censebantque ipse
sua distinctè sceleræ , & Provinciarum expilationes , quibus successo-
rem satisfacere volebat . Ararium iubebat pandi , suffici ex patrimo-
nio regio belli neruum in stipendia militum ; Præfectis armorum in-
pugna cæsis , honores funeris , & sepulchri ; suffragiorum vero leua-
menta eorum animis inter cruciatus apud inferos detentis : vxoribus
viduis & pupillis è fisco alimenteri : breues mili , subdebat soluantur
exequæ , dies ad summum septem & viginti non excedant ; nec ad
eas de more Proteges conueniant , nec supremi armorum , & litera-
rum Mandarinini , nec ubicumque sunt , funebribus nisi per triduum
viantur quo item spatio suas concludant complorationes . Hic finis
Vanlié Sinarum Monarchæ , cuius Imperio Matthæus Riccius Christi
fidei post tot secula intulit rediuiuam , quam ipse Vanlié neglectim ,
& promiscue habuit ; permissam aliquando , denique expulit . Se-
quitur locandus in-solio Vanlié successor . Hand scio plus possint gra-
titatis simul & levitatis Sinenses præfette , alias sapientissimi , quæm
in admittendis honoribus , in quibus tamen beatitatis apicem statuunt .
lis improbo ambitu , & arte qualibet prensatis , demumque ex aula
imperatis , grauari se cum magno fastidio simulant , excusant priua-
tam quietem , otia studiorum , curas domesticas , & ab amicis &
agnatis , nihil non agi , moueri , dici gaudent ut adigantur ad eas di-
gnitates , quarum desiderio effræni , & cupiditate impotentissima
vntuntur , vincunt ad ultimum amicorum preces , & studia , vincit ar-
dentem , & repudiati fieri Magistratus , moras breves tam impatiens

Gg.

58.
Vanitatis Si-
narum con-
temptum
honoris si-
mulantium
quem insane
appetunt.

ter quām dissimulatē sustinentem ; sed amicis tanto molimine iam fractis ita se permittit , vt contestetur vim sibi fieri , dum vi-
ri vult ab eo abhorrete , quod re ipsa ad insaniam deperit , nempe vi-
virum se ingentis animi , seipso contentum , & sua virtute , reliqu
omnia , ex mentis suæ arce despectantem ostentet , & quod idem est
apud Sinas magnificè simulet . Verum hanc fabulam ludit haud phe-
nomenum magnifici nouorum Regum inauguracione . Adhuc Colai & Prae-
sides , Regi novo supplices procident , regnandi cupidine flagrantem
obsecrant dignetur labans Imperium fulcire ; is velut improvo per-
culsus nuntio , negat obsecrante tanto se ponderi ferendo parem , quod
certò nec velit miseri , nec auferri : certatur verbis & precibus , cum
dies Scrutantur Astrologi , punctum temporis ominatum , ad impo-
nendum illi diadema ; Rituum Tribunal noinen ei cudit duorum cha-
racterum , tantò illustrius quanto rerum gestarum tempora non ab
Imperijs aut seculi ortu , sed à primo tantum regnantis anno ac nomi-
ne computantur ; Augusti decimo octavo coronatur cum sol medio
æstus dici accenderet quem ei articulum pro felicissimo Mathematicorum
ars vana legerat , paternorum enim annorum numerum , di-
agram suorum numero non æquauit , fecellitque pariter Taïcian no-
men , quam ei appellationem Rituum Praesides fabricarant sonabatque
apud nos diuturnum florere . At is corona insignitus sesquimensem ut
integrum cum florisset emarcuit ; venæno ut fama est sublatu . Lete-
re illum Sinæ non fictis lachrimis , vt qui paucis diebus magnas ini-
mouisset expectationes , sperareturque periclitantibus ne perirent , us
præsidij succursurus , quæ post eius mortem nemo tulit . Coronam
imperijs non plus octiduo suscipere distulit annorum sedecim ipius
filius , Tienchi , hoc est cœlum apertum nominatus , qui breve solam
regni octennium huic historiæ suggesteret .

Primit regni eius duobus annis , æui nempe huius vigesimo &
gesimo primo , magnum sibi res Christianorum spondebant inclemen-
tum nisi Pauli Doctoris sanctum & sapiens inuentum , tyranni Scin-
tibes disturbasset . Praerat Paulus lanistis & ducibus , Sinenes militis
auxilia petuit & PP. aduersus Tartaros ad bellum fингentibus . Officij huius opportunita-
te prudenter censuit posse Patres non modo in publicum (latebant
enim qui exilium vitarant) sed in Regis quoque restitu graciā te-
gnōque tam necessarios probari , vt nullius deinceps potestati effici-
obnoxij . Cogitabat ergo machinas bellicas , & peritos eatum libe-
tates à Lusitanis mutuo petere , cum iis Patres , quām possent plorimi
venturos , nec aliud exigi ut ea in arte docti crederentur , nisi re-
scirentur fuisse Ricci comites , quem opinione omnium , nihil ma-
chinarum bello utilium latuisset . Tanti negotij , & peregrinorum
etiam armatorum metu tam lubrici , cenfuram expetiit ab amicis
duabus , Michaële , & Leone Doctoribus , qui tunc Hanci morabantur ;
consilium probant , ex communī assensu Michaël & Paulus Ma-

^{79.}
Nouus Rex
inauguratur.

^{80.}
Sinæ à Lusit.
auxilia pe-
tuit & PP.
Machin pe-
titos , Lega-
tione illustri.